e-codices

Vnde ſumam quem interuortam: quo hanc celocem conferam.
Impetritum inauguratum eſt quouiſ admittunt aueſ
Picuſ et cornix eſt ab leua coruuſ porro ab dextera
Conſuadent. certum hercle ē uoſtram conſequi ſententiam
Sed quid hoc q̄ picuſ ulmum tundit. haud temerarium ē
Certe hercle q̄tum ex augurio auſpicij intellego
Aut mihi ī mundo ſunt uirgę aut atrienſi ſaureae
Sed quid illuc q̄ exanimatus currit huc leonida.
Metuo quod illic obſcenauit meae falſae fallaciae.

LEONIDA · LIBANVS SERVI DVO

Vbi ego nunc libanum requiram aut familiarem filium
Vt ego illoſ lubentioreſ faciam q̄ lubentia eſt
Maxumam prędam & triumphum eis affero aduentu meo
Quando mecum pariter potant pariterq: ſcortari ſolent
Hanc quidem quam nactus prędam pariter cū illis partiam
Li Illic homo ędeſ compilauit more ſi fecit ſuo
Ve illi qui tam indiligenter obſeruauit ianuam.
Le Aetate uelim ſeruire libanum q̄ conueniam modo
Li Mea quidem hercle opera liber nunq̄ fieſ ociuſ
Le Etiam de tergo ducentaſ plagas prae gnatis dabo
Li Largitur peculium omne. in tergo theſaurum gerit
Le Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſe ſubterduxerit
Nunq̄ edepol quadrigiſ albis indipiſcet poſtea
Herum in obſidione linquet ē inimicum animos auxerit
Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc q̄ obuenit ſtudet
Maxumas optimitas gaudio offertiſſimas
Suiſ heris ille una mecum pariet gnatoq: & p̄ri
Adeo ut ętatem ambo ambobus nobiſ ſint obnoxij
Noſtro deuincti beneficio. Li uinctos neſcio quos ait
Non placet. metuo in comune nequam fraudem frauſus ſiet
Le Perij ego oppido niſi libanum inuenio iam ubi ē gentium.
Li Illic homo ſocium ad malam rem querit quem adiungat ſibi
Non placet pro monſtro extemplo ē q̄do q̄ ſudat tremit
Le Sed q̄d ego hic properans conceſſo pedib· lingua largior.
Quin ego hanc iubeo tacere quae loquens lacerat diem
Li Aedepol hominem infelicem q̄ patronam comprimat

: Nam ſi q̄d :

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 20v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/20v)